

Alexander Macedo totius Aliae imperium adeptus, solos Gandaros non op-  
 pugnauit. Nam cum ad Gangem cum exercitu peruenisset, ceteris sibi subdi-  
 tis Indis, ut nouit Gandaros quatuor milibus elephantis ad bellum paratos, ne-  
 quaquam eos armis facebant. Indus eodem modo quo Ganges ab Arcto incipi-  
 ens, inquit Oceanum fluens, Indiam dividit, lapsumque per loca patentia augeatur  
 pluribus egregijs fluvijs qui in eum decurrent, quorum praecipui Hipanes, Hy-  
 daspescus & Acesines dicuntur, sunt praeter hos haud vulgaria flumina Indiam  
 interlabyntia, quae regiones eas hortis uariisque fructibus uberes reddunt. Cur  
 in India plura maximaque sunt flumina, causas philosophi physicique asserunt, In-  
 diam situm esse humidam: Scythas uero, Bactrianos, Arianosque uicinas gentes  
 elatiores. Merito igitur humiditatem ex superioribus locis ad infima fluentes  
 plures & aquosiores fluuios reddidere. Sed quod accidit inter ceteros fluuios  
 quem dicunt Sillan, est dictu mirabile. Defluens enim a monte eiusdem nomi-  
 nis abrupto, neque alterius fluuij decursu auctius, absorbetur ab hiatu terra. In-  
 diam omnem, cum supra modum amplitudine excedat, multae uarietates incol-  
 lunt gentes: quarum nulla originem extra Indiam trahit, sed omnes indigentes ap-  
 pellantur. Nunquam externa colonia illuc adiij, neque ipsi ad alias gentes misere.  
 Asserunt priscos inde homines his cibis quos terra sua sponte produceret, pel-  
 libusque animalium, quemadmodum & Graecos, pro uestibus usos: artesque & ce-  
 tera ad uitam necessaria paulatim adiuuenta, utilitate homines docente, quibus  
 natura manus, loquela, & animi praestantia adiumenta uitae dedisset. Tra-  
 dunt qui prudentiores apud Indos fuerent, priscis temporibus, cum adhuc ho-  
 mines dispersi per uicos habarent, uenisse ad Indos cum exercitu ex occiden-  
 tali plaga Dionysium, omnemque peraguisse Indiam, nullis adhuc praeclaris con-  
 stitutis urbibus que ei obstererent. Cum uero ob ingentes astus exercitus eius  
 peste interiret, ut dux prudens in montes ex locis planis milites traduxit. Vbi  
 cum uenit frigidi afflarent, & aqua potu uterentur, quae pura ex fontibus ma-  
 nabat, a morbo sunt liberati. Locum montanum in quo exercitus a peste evasit,  
 femur appellavit. Vnde & Graecos tradidisse de eo Deo posteri ferunt, in Io-  
 nius semore Dionysium esse nutritum. Cum multis fructibus Indos plantare do-  
 cuisset, & uini quoque, aliorumque ad uitam utilium usum dedit: plures insuper  
 condidit egregias urbes, coges ex uillis in ciuitates migrare. Deorum quoque cul-  
 tum tradidit: leges ac iudicia constituit. Tandem propter impensa beneficia, re-  
 rumque uarias inuentiones Deus existimatius est, & immortalium honore potitus.  
 Scribunt etiam mulierum multitudinem in exercitu circumduxisse, usumque esse  
 in acie tympanis cymbalique, nondum tuba reperta. Cum Indis imperasset an-  
 nos duos & quinquaginta, senex defunctus est: cui successorum in regno filij,  
 sed paulatim labente successorum culpa principatu, cum longo tempore post  
 regnum omnino defecisset, ciuitates libertate asseruere. Haec de Dionysio, deque  
 progenitoribus eius, ab his qui Indiae montana incolunt, traduntur. Hercule  
 præterea uolunt ad Indos accessisse, sicut & Graeci, clava, pelleque leonis ornatum:  
 qui corporis robore uirtuteque multo ceteros homines excederit, terræ  
 insuper ac maris modis perdomuerit. Cum multas cepisset uxores, filios plu-  
 res, natam unicam genuit, filium, cum ad ætatem peruenissent, omnem distribuit In-  
 diam, regnis pro numero filiorum constitutis. Filiam ab se nutritam reginam fe-  
 cit. Multas præterea ciuitates ab eo conditas scribunt: maximam clarissimamque  
 appellavit Palibotram. In qua sumptuosa aedificata regia, multos in eam intro-  
 duxit incolas: sepulchris etiam fluminibusque reddidit urbem munitionem. Et ipse  
 quidem Hercules cum vita migrasset, immortalium honorem consecutus est.  
 Posterius eius per multa regnantes secula, nil dignum memoria gessere, neque exer-  
 citu aliquo extra Indiam ducto, neque colonia ad alias nationes missa. Multis post  
 annis plurimam ciuitatem in libertatem se vindicarunt. Nationes quadam reg-  
 num usque ad Alexandri aduentum passæ sunt. Cum leges apud Indos uera ha-  
 beantur,